



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**

**Parisiis, M.D.LXXV.**

Piorum spem plus eis lætitiæ afferre, quàm in omni vita sentiant. 82.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)



## S A C R A

deseruit, reuerti nolens, libellum  
 repudij accepit. Deseruit videli-  
 cet peccando: sed libellum repu-  
 dij accepit, in suis iniquitatibus  
 sine flagello remanendo. Libellum  
 repudij accepit, vt iã velut aliena  
 derelicta, faciat mala quę vult, ze-  
 li Dei flagella non sentiet: quate-  
 nus ad æterna supplicia profun-  
 dius descendat. Et paulò post: ne-  
 cesse est vt peccatores quoque  
 tunc consideremus amplius mi-  
 seros, quando eos cognoscimus  
 in culpa sua sine flagello dereli-  
 ctos. Hinc enim per Salomo-  
 nē dicitur, Auersio paruulorum  
 interficiet eos, & prosperitas stulti-  
 torum perdet illos.

*Prou. i.*

Piorum spem plus eis  
 lætitiæ afferre, quàm  
 in omni vita  
 sentiant.



*Sudores licet is varios, quicumque Tonantis  
 Legibus obsequitur, duraque multa ferat:  
 Sudori spes lata tamen præponderat omni,  
 Certa comes vita, qua solet esse pia.  
 Sic minor est longè dolor hic quem fœmina sentit,  
 Nixibus in mediis, sit licet ille grauis:  
 Intima demulcens quàm blandè cerda voluptas  
 Ob natum, in liscem quem dabit ipsa breui.*

SCHOLIA.

*Sudores licet*) Augustinus admo- *Tracta.*  
 nens nos vt iuxta Pauli consiliũ *101. in*  
 spe gaudeamus, patientiam *Ioan.*  
 que in tribulationibus adhibea- *Rom 12.*  
 mus, his verbis vtitur: nec tamen  
 in huius desiderij parturitione  
 sine gaudio tristes simus, sed, si-  
 cut ait apostolus Spe, gaudentes,  
 in tribulatione patientes: quia &  
 ipsa parturiens, cui comparati su-  
 mus, plus gaudet de mox futura  
 prole, quàm tristis est de præsentis  
 labore. Hęc autem similitudo ve-  
 ni Christiani, & mulieris partu-  
 riētis, ex hoc Scripture loco sum-  
 pra est, Mulier cùm parit, tristi-



tiam habet, cùm autem peperit, iam non meminit pressuræ propter filium.

Mundi voluptates dolore  
concludi.

83.

**N**il moror hanc, supera qua virgo parte videtur,  
Inferiora tamen corporis anguis habet.  
Nil moror hunc, tristi qui tempore linquit amicum  
Fœlici assiduus cui comes ante fuit.  
Nil moror has epulas, qua cùm arrisere palato,  
Post stomacho damnum perniciemque ferunt.  
Denique non mundi vanissima gaudia, quorum  
Esse solet finis pestifer ipse moror.

SCHOLIA.

**Prov. 5.** Nil moror hanc) Quod de impudica muliere scribit Sapiens, nimirum ipsius consuetudinem premium iucundam ac suavem esse, verum ad extremum absinthio amariorem inueniri, hoc ad omnes mundi voluptates, quæ in Deo minimè sitæ sunt, non ineptè referri potest. Vnde Aristo-